



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Benè de aliis meretur. 78

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

Ibi domicilio impetrato, I G N A-
 T I V S de rationibus studiorum
 suorum cœpit cogitare: & amico-
 rum non optimo consilio vsus, si-
 mul Logicen omnemque Philo-
 sophiam, cum Theologia, apud
 diuersos interpretes tentare. Ar-
 bitrabatur illi, in rem fore, si com-
 pendiaria ad disciplinarum metam
 decurreret. Ipse præterea suopte
 ductu in plures adhuc diuersissimi
 ingenij res ferebatur: vt qui parum
 crederet, laboriosissimam in pro-
 curandis litteris prouinciam, sti-
 pe assidua difficiliorem reddere;
 78 sed contendendum insuper, vt
 pueros rudimenta virtutum, ac reli-
 gionis capita doceret: maturiores
 asceticis lucubrationibus assuefa-
 ceret: ad extremum aliud ipse pe-
 culium corrogaret, quo egentio-
 res alij vterentur. Qua hominis vir-
 tute perspecta, fieri non potuit,
 quia certa inter omnes admiratio
 inua-

inualesceret: quę hoc etiam vehementius auxerat, cū eum veste viderent simplici ac plebeia contentum, nudis pedibus incedere: ad hęc, in simili ferē ornatu tres eius commilitones spectari. Hi erant, qui cum adolescente Gallo, vt sub ipso mererēt, diuinitus animū induxerant: qui inde omnes, Hispanis iocāribus, velut à viliori lacerna nomē sortiebantur. Sed in varijs hominum ingenijs, affectus alijs aliud de IGNATIO sentiendi loquēdiq; argumentū ministrabat. 79 Ex his fuere qui necessarium dicerent, quęstiones super scitis ac morib. ipsi⁹ haberi. Quęsitorem placuit esse Ioannem Figueronum, qui Pōtificis tum Toletani vicē summa cum potestate curabat: post Castellanis Præfectū vidimus. Is nauiter Prouinciam adit: omnesque IGNATII rationes curiosa diligentia scrutatus, noui-

uisti-